Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320814

9

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EVERARDUS JANUS JACOBUS COLSON ABERSON,

Doticomo-Gelrus,

Die XVI. M. OCTOBRIS A. MDCCCL, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD G. F. KOCH.

MDCCCL.

THESES.

I.

Pactum transactionis de re judicata (si appellari vel in integrum restitutio peti nequit) non valet.

II.

Paterfamilias filio exheredato jure tutorem dare potest.

III.

Ne jurata quidem renuntiatio filio familias eripit S. C. Macedoniani exceptionem.

IV.

Primis reipublicae Romanae temporibus, illimitatum jus vitae ac necis in liberos, patribus competiisse, contendo.

V.

Minus probandum, quod art. 263. Cod. Civ. divortium mutuo consensu prohi.

VI.

Verba art. 840 Cod. Civ.: „*de grove reparatien blijven ten laste van den eigenar*," ita intelligenda videntur, ut ad eas faciendas proprietarius cogi possit.

VII.

Ut testamentum mysticum vim habeat, non requiritur, ut tabularius *ipse* instrumentum superscriptionis scribat.

VIII.

Assentior viro ampliss. Asser (in opere: *het Nederlandsch B. W. vergeleken met den C. N.*) statuenti, testatorem executori *ultra annum* omnium bonorum vel partis possessionem dare posse.

IX.

Ex art. 52 legis 11 *Julij* 1814 (*Staatsblad N*°. 29) permissiones, nominatas *logeeracten*, etiam jus dare anatas venandi contendo.

X.

Recte legislator pro verbis art. 315 C. N. „*la légitimité pourra être contestée*, usus est verbis in art. 310 Cod. Civ. *is onwettig*.

XI.

Matrimonium extra regni territorium contractum, deficientibus promulgationibus, in regno nostro necessariis, ipso jure nullum est.

XII.

Ad damna, quae assecurator secundum art. 290 Cod. Merc. resarcire debet, etiam pertinet incendium culpa filii minoris apud assecuratum inhabitantis ortum.

XIII.

Minus probandum, quod in art. 357 Cod. Merc. non sermo sit de Cod. Civ.

XIV.

Ut regis consensus etiam requiratur ad prorogandum, societatis non nominatae terminum, recte praescriptum esse, mihi non videtur.

XV.

Art. 330 Cum art. 342 Cod. Merc. non consonat.

XVI.

In art. 529 Cod. Merc. supervacanea sunt verba: *„niet verpligt.“*

XVII.

Poenam mortis necessariam esse nego.

XVIII.

Art. 64 Cod. Poen. ad dormientes, somniantes, somnambulos porrigendus videtur.

XIX.

Recte Cod. novissimus Poen. Batavus distinguit inter auctores criminis, coauctores, socios et fautores.

XX.

Maritus, qui patrem in adulterio deprehensum interfecerit, poena parricidii non afficiendus est.

XXI.

Excusatione, quae invenitur in al. 2. art. 324 C. Poen. carere maritum, si insidias struxerit adultero, non negamus.

XXII.

Eadem, quâ conatum, plectendum esse poenâ crimen quod effectu caruerit, negamus.

XXIII.

Merito Beccaria (*traité des délits et des peines* cap. xx): »le meilleur frein du crime n'est pas la sévérité de la peine, mais la certitude d'être puni.

1901095